

Appendix. — Europa Nro. 73.

## Regnum Mortuorum.

Commercium literarium vivos inter, et mortuos.

Ad Joannem Georgium Stumpf — in Elysio.

Ex Mundo die 26. Augusti. 1808.

Quemadmodum antiquae vestium formae cum nonnullis modificationibus rursus e vestiariis Veterum protrahuntur, ita etiam systemata vetera resuscitantur. Etenim quanto cum strepitu systema physiocraticum introduci caepit! quanto autem cum zelo dein in Statisticis, et Oeconómis eliminatum fuerat! — Et ecce nunc systema istud iterum reassumitur.

In quo autem consistit systema hocce? quomodo prospicit, et quis ejus finis?

Systema phisyocraticum naturalem exhibet ordinem Administrationis publicae, docetque, qualiter libertas universalis, tributumque unicum, a puris duntaxat funderum proventibus desumendum, salutem Reipublicae constituere possint. Vocari solet etiam systema oeconomicum. Author ejus est Franciscus Quesnay, Medicus primarius Galliarum Regis, qui primus Anno 1787 principia systematis hujusce vulgare caepit, multosque in Gallia, et aliis provinciis assecutus est.

Principalia Systematis hujus capita haec sunt: 1) *Libertas irrestricta* civium, facultatibus suis, viribus, et bonis pro libitu utendi. Unde sequitur: impedimenta omnia liberae in — et evectiois tolli debere; omnes praeterea quaestus restrictiones, taxas Politiae, vectigalia rerum venalium, et consumptibilium, censum in capita, domos, et mobilia, omnia vectigalium genera, operas serviles, coetus, et institas, monopolia, redditus advitalitios, aliaque similia abroganda venire.

2) Ut erogationes, ad fructificationem successivam funderum necessariae, *immunitate* gaudeant. Erogationes haec triplicis sunt generis, a) erogationes fundi, emptionem funderum, et honorum, culturam soli, stercorationem, similesque dispositiones respicientes. b) Expensae in intertentionem pecorum, procurationem requisitorum, ad agriculturam necessarium, et in sustentationem famulium usque primam messem necessariae. c) Erogationes annuae, summas illas, quae ab una messe ad aliam expendantur, constituentes.

3) *Unica contributionis classis* a puro fundorum proventu desumenda. Id, quod subductis erogationibus fundi, intertentionis, et expensis annuis reliquum manet, lucramque est, *puri proventus* nomine venit. A puro hocce duntaxat proventu, praeterea a nulla re contributio est desumenda, quae licet non nisi a possessoribus fundorum, fructificantium solvatur, eo tamen non obstante universos Reipublicae incolae feriet, cum hi id, quod fundorum possessores inseminarunt, et plantarunt, ab iisdem emant, et consummant. Caeterum tariffa generalis pro contributione hac a puris proventibus solvenda, determinari nequit; quidam tamen quidam autem  $\frac{1}{2}$  projectarunt. Generaliter haec defigi potest regula: contributionem hanc ita esse attemperandam, ut tantum bonorum possessoribus remaneat, quò novas fundi erogationes facere, notabiliterque lucrari possunt.

Multum de hoc systemate, ejusque utilitate, et possibilitate disceptatum est, res tamen indecisa mansit. Id solum constat, institutam esse in Marchionatu Badensi probam, cumque contributio quaestionata  $\frac{1}{2}$  duntaxat puri proventus efficeret, continuationem ulteriorem suspensam fuisse. Caeterum facile perspicitur, quod multa praepudicia, constitutiones veteres, decreta Juris positivi abroganda essent, si systema istud universaliter induceretur. Quid quod tam insolens mutatio apud tam diversi generis, et sensus homines, nihil minus, quam speratum produceret effectum?

Qualiter vero Systema istud denuo, directis, et indirectis tributis modificatum, reproduendum sit, discemus a magno quodam Politico, qui dissertationem hac de materia se editurum promittit.

#### *Biographia.*

*Joannes Georgius Stumpf*, Professor Scientiarum Politicarum, et Statisticae in Universitate Grisvaldensi, natus est Herbipoli die 1. Januarii 1750. Absolutis studiis Monasterium ingressus est, sed cum ei hoc vitae genus non placeret, illud reliquit, egitque aliquo tempore Praefectum Alumnorum Philantropii Dessaviensis, exposit in Oeconomia Directorem Principis Fürstenberg promotus; serius dein Professor extraordinarius Philosophiae in Universitate Jenensi eo cum mandato nominatus est, ut praelectiones etiam oeconomicas teneret, quibus Bibliothecarii officium, qua Assistens Ephemeridum eruditarum scriptoris adjunxit. Jena in eadem qualitate Anno 1793 Grisvaldam translatus, ibique Anno 1798 mortuus est. Habuit vir hic in linea oeconomica magnam praxim, multamque eruditionem, sed scribillatione continua (urgente inopia) multum eruditionis suae detraxit. Scripsit is Historiam herbarum pro pabulo idonearum; Observationes super oeconomia rurali in Bo-

hemia;  
pro Par  
nomiam  
ruralis,  
tensis.  
praeter

Er  
do om  
trahunt  
harum  
quinque  
delitesc  
cum ca  
taria ha  
Consul  
tum An  
structu  
instaur  
dis, et  
natus I  
ampliu  
ceptacu  
cum ip  
debant  
urso de  
auctum  
copiae  
tur, m  
nation  
veticis  
grapho  
que ve  
hujus r  
signa e  
Ad Int  
bucolic  
e quov  
F  
gensi i  
nibus  
accidit  
manor  
quam  
Fran  
ventio  
prima  
neralis

hemia; Elementa oeconomiae ruralis in Germania receptae pro Parochiis; Peregrinationes menstruas in ordine ad oeconomiam cameralem; Manuale universae Oeconomiae tam ruralis, quam domesticae; Nucleum novissimi thesauri hortensis, et ruralis; Emolumenta Rei Apiariae etc. complures praeterea Dissertationes, et Diaria.

*Diarium Politicum.*

Eruderibus arcis *Cassellensis* ad Moguntiam, quae modo omni data opera instauratur, et ampliatur, varia protrahuntur frustra romana vetera, quae Historiam partium harum locupletant. Ante dies aliquot inventa sunt Altaria quinque, *Jovi*, et *Junoni* dicata, quae contracta in puteo delitescerant; prius autem similiter Altare adhuc integrum cum eadem dedicatione repertum fuit. Annus, quando Altaria haec structa sint, ubique erui non potest, e nominibus Consulium duntaxat concluditur, Altare prima vice inventum Anno 215, postremo autem detectum Anno 242 constructum fuisse, Officiales Geometrici, quibus arcis hujus instauratio demandata est, singularem adhibent in detegendis, et conservandis his Veterum monumentis curam. — Senatus *Districte Argaviensis* in Helvetia, ordines dedit, ne amplius in civitatibus, et pagis caemeteria, et ossium receptacula existant, taliterque cessent privilegia, quae nec cum ipsa morte exspirarunt, sed ad tumulum usque extendebantur. — In *Districtu Tessinensi* praemium pro trajecto urso defixum, ad 50, pro lupo autem ad 30 libras gallicas auctum est. — Perhibentibus *Ephemeridibus Lipsiensibus*, copiae Gallicae, quae Brandeburgo ad Saxoniam destinantur, magna parte curribus transportantur. — *Ephemerides* nationales bavaricae observant: relationem in pagellis helveticis contentam, erigi nempe in collibus brigantinis telegraphos, e vago rumore in pagellas has irrepsisse, remque veram in eo consistere: quod ob conficiendas regionis hujus mappas geographicas, Geometrae periticas, aliaque signa crexerint, quae rudibus telegraphi esse videbantur. — Ad *Interlaken* ad Bernam in Helvetia celebratum est festum bucolicum, quo incredibilis hominum curiosorum multitudo e quovis genere confluit; vituli ad novam portam. —

Festi *Napoleonis* celebratio pro civitate *Hamburgensi* insolitum erat phenomenon, tota enim civitas luminibus corruscabat, quod nostris temporibus adhuc nunquam accidit. Producebantur quidem occasione coronationis Romanorum Imperatorum ignes missiles, sed illuminatio unquam obtinuit. Ultima talis festivitas celebrabatur, cum *Franciscus I.* coronaretur, ab illo tempore vero, conventionem mediante, intermissa fuit. Haec ergo illuminatio prima erat, et qua talis bene successit. Palatium certe *Generalis Dupas* milleis lampadibus corruscabat. transp

reterque exornatum erat. In platea, ubi Princeps *de Pontecorvo* habitat, duo arcus triumphales visebantur, ipsumque palatium mirifice lucebat. Caetera inter aedificia adhuc distinguebantur, Domus Ministri gallici, Taberna literaria, Forum mercantile, et Curia civica, quae Insigni civitatis Hamburgensis transparenter ornata erat, hac cum inscriptione: *Napoléon le Grand*; pars reliqua civitatis simplicem, sed decoram praeseferebat illuminationem; inscriptiones, quae hinc inde reperiabantur, partim in honorem Imperatoris appositae erant, partim vota pro pace exprimebant. Neque facetiae deerant; sic Dulcarius quidam conum sacchari cum unica lampade exposuit, eo subnexo:

„*Si pinsere licebit,  
Lux major fulgebit.*”

Mercator dein cimeliorum portae suae inscripsit:

„*Cara sunt luminaria, cassasque avitas vix jam est nosse,  
Interea facimus officiis satis pro posse.*”

Ante domunculam exilem pendeat tabula cum his verbis:  
„*Nous prions la paix.*” Supra aliam portam haec legere erat:  
*Napoléon.*

*Qu' arrive à Dover, comme il est arrivé à Delsset (Tilsit.)  
Amstelodamo die 21. Augusti.* — Praetotiani Regis novam obtinebunt organisationem, quorum capitaneus jam a Rege nominatus est, juramentumque fidelitatis deposuit. Eques Jacobson etiam in qualitate Legati extraordinarii, ac Ministri plenipotentiatum ad Aulam Principis Primatis, consveto semet obstrinxit fidei Sacramento.

Multi malevolorum diversos sparserunt rumores, quibus animi tranquillitas, paxque publica turbari potest. Hoc ex incidenti Regimen sequentia publicari curavit: Quietos, beneque moratos cives de eo certos esse posse, quod ea, quae solennibus Regis promissionibus adversa sparguntur, eventura non sint. Adesse sufficientia mala physica, inaeque opus esse imaginariis. Necessum esse praeterea forti animo consecraria, quae praesens Europae situatio secum fert, perferre, credereque, quod haec Regimen non lateant, imo omnem adhiberi operam ad ea mitiganda, mediaque, quae sine hoc adhibentur, inter omnia possibilis, optima esse. Regimen Hollandiae non esse arbitrarium, verum monarchicum, constitutione, legibusque Reipublicas fundamentalibus fixum, quare omnia, quae libertatem personalem, possessoria, casusque conscientiae concernunt, nonnisi per leges definiri posse etc.

Mercium colonialium pretium hactenus non elevatur; quod documento est, libenter carere populum eo, quod nonnisi exaggerato pretio comparari potest, idque magnum influxum ad quaestum mercium habere, qui probabilis reveraturus est.

Adj  
financiar  
exsiccab  
nus impo  
tamen sp  
Omni ae  
populi g  
loqui, qu  
de illis,  
Vir  
*Eulenspie*  
figmentu  
ex Germ  
fabellae  
vulgo gr  
gico *Til*  
nia; dum  
animo cr  
esse; et  
tiliam, d  
gulare v  
et ejus R  
*Quosoda*  
vigilias i  
gnorum  
liquitate  
rum Poe  
nant; ita  
*spaur*